



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Episcopus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

*Episcopus, vide Absolutio, Beneficium, Confessor, Consuetudo, Dispensatio, Electio, Exemptus, Ius patronatus, Matrimonium, Princeps, Religio, Residencia, Verbera, Verum.*

1 **E**piscopatum accipere potest quis à Papa cogi. Vide *Tho. 4. d. 29.*

2 Qui ante Episcopatum fecit votum Religionis, teneri prius ingredi, indicatur c. 10. *1010.* Quidam tamen dicunt, casum illius casum fuisse particularem, nec ceteros obligatum quod mihi probatur.

\* *Fum. Episcopus num. 10. D. Tho. 2. 2. q. 189. ad 3. ad 1.*

3 Episcopatus appeti potest, ob Ecclesie necessitatem, vel utilitatem.

\* Appeti ab eo, qui dignus putatur. *Sot. 1. 2. q. 2. art. 1. vide Nau. consil. 17. de sent. excom. 7. vbi, contra Caiet. docet, non esse p. m. honoris, aut diuitiarum gratia Episcopatum cupere.*

4 Episcopatum tenetur deponere, qui non est ad eum idoneus.

5 Respondet Episcopus, cum creatur se habere vtrumque testimonium, scilicet quantum est opus ad suum officium, & cum fidem se Deo in ordinatione obstringit, velut votum quoddam facit: & quidem si non curet *Canones seruari, videtur esse perjurus.*

\*Vide  
Et c  
Sacerdo  
6 A  
ta com  
\*Vid  
fhs.

7 Opo  
pulum  
ipse, da  
rem. Q  
quem p  
piscopu  
\*Tri  
dub. 2. a

Quoc  
8 Epi  
Episcop  
vacant  
mea pa  
relinqu

9 No  
prehens  
10 Epi  
ris, nec  
express

tionem.  
heresi,  
\*Cap. C  
n. 161. C

\*Vide *Fu. l. c. nu. 25. Syl. eo. nu. 5.*

{Et quidem} *Fum. l. c. nu. 23. Vide Gloss. in c. Sacerdotes 1. 2. q. 7. Syl. l. c. 12.*

6 Ad Episcopatum requiruntur anni triginta completi. *c. Cum in cunctis. de elect.*

\*Vide *Trident. sess. 7. c. 1. referens c. cum in cunctis.*

7 Oportet Episcopum esse doctorem, id est populum suum docere. Quod si non prædicet ipse, dabit suis sumptibus populo prædicatorem. Quod si in Quadragesima dubium sit ad quem pertineant sumptus prædicatoris, ad Episcopum pertinebunt. *Ex Cong. Concilij.*

\**Trid. l. c. sess. 22. c. 2. Bannes 2. 2. q. 63 art. 2. ad vlt.*

Quod} *Trid. sess. 5. c. 2. de refor.*

8 Episcopus solum usque ad possessionem Episcopatus, potest reliqua beneficia tenere: vacant enim per eius confirmationem si tamen pauper est, possunt ei ad sustentationem relinquere.

9 Nomine dignitatis in pœnalibus non comprehenditur regulariter episcopatus.

10 Episcopus non incurrit suspensionem iuris, nec interdictum generale, nisi de eo fiat expressa mentio, secus est in Excommunicatione. Nec proceditur contra eum etiam in hæresi, nisi de Papæ mandato.

\**Cap. Quam periculosum de sent. exco. Nau. c. 27. n. 161. Cate. 2. 2. q. 185. art. vlt. Fu. l. c. 12. Syl. ibid.*

I

A I Ep

11 Episcopus fact<sup>9</sup> ex Religioso tenetur ad tria vota, habitus delationem, aliasq; obseruantias, quæ non impediunt Pontificale officium, non tenetur tamen obedire Prælati suæ Religionis, quia subditus esse desijt, sicut & ipsi Religionū Prælati: & ideo sicut isti, ita & ille potest se, cum ipso dispensare super regulæ obseruantijs. Bonorum autē Ecclesię nō est Dominus, sed dispensator, *D. Th. 2. 2. 85. ar. 8. Angelus verb. Monachus num. 8. Syl. Religio. 6. q. 10.* Quod si relinquat episcopatum, dicunt aliqui probabiliter non teneri ad Religionem redire, redire tamen tutius esset.

*u. \*Vide D. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 185. art. 1. Sum. l. c. 8.*

12 Cum ob senectutem, vel ægritudinem Goadiutorem sibi assumit, debet de consensu maioris partis Capituli id facere.

13 Episcopus grauitè peccat, si infamiam iniustam non studeat à se repellere, nisi velit episcopatum deponere.

*\*Nauar. c. nu. Salon q. 62. art. 2. controu. 23. n. cessarium. Salon ibid.*

14 Episcopus si per alium visitat, debet prouidere de omnibus, excepto victu. Quod si ipse per se visitet, habebit à populo solum victum diei quo visitat. At si per diocesani discurret solum propter Chrisma, faciet id suis expensis. *Ex Congreg. Concil.*

15 Potest Episcopus duas Ecclesias vnire, & vnā in duas diuidere, & vnum alteri subijcere, de consensu tamen habentium in eis aliquod ius, & commutare Ecclesias, earumq; possessiones, & ius vnus Ecclesiæ alteri ex causa dare. Potest & vnire vnum beneficium alteri, nō requisito consensu beneficiati, modo is fructibus non priuetur dum viuūt, & adfit patroni consensus.

\*Syl.l.c.nu.9.d.7.

19 Potest celebrare, & celebrari facere vbiq; tempore interdicti, cui ipse causam non dedit, quo priuilegio etiam gaudent multi Religiosi. Vide de priuil.c.30.

\*Syl.l.c.Fu.l.c.22.

Qua facere possit episcop. vel nō, Syl.l.c.n.9.

Quæ debeat, aut non, nu.10.

17 Et instituere, & regere ministros Ecclesiæ, & Oratorij sua auctoritate, aut alioqui Episcopali constructorum, & dotatorum, etiam si id fundator prohibuisset.

18 Et dispensare ad duo beneficia simplicia, si vnum ad honestam sustentationem non sufficiat. Conc. Trid. sess. 24. c. 17. de reform.

\*Vide Nau. c. 25 nu. 127. Salon. 2. 2. q. 63. art. 2. controu. 5.

19 Et præcipere Clerico, vt Romam eat pro causa ecclesiæ; & Parocho, ne sine sua licentia absit ultra duos dies.

20 Et procedere contra quemcunq; ob peccatum

carum mortale, nisi esset iure permissum, vt meretricium; subduntur enim ei etiam laici quantum ad spiritualia: potestque eos cohibere a peccatis per penam pecuniariam, vel exilij, &c.

\*Vide *Nau. conf. 7. de off. iud. ord.*

21 Et in necessitate exigere à Clero moderatum subsidium. Vide *Glo. Clem. de excess. Pralat. & de censib. c. 7.*

22 Et dare dimissorias ad Ordines. Etiam si sit solum Episcopus originis, vel beneficii. Vide *lib. 6. de temp. Ord. c. 3.*

23 Et imponere beneficio, quod confert, pensionem ad alendum Clericum pauperem.

24 Et dicere vbique Missam in sua diocesi, cum altari portatili (& extra cum licentia Episcopi loci vbi receptum est Conc. Trid.) idque alijs etiam, vt possint, concedere ex causa.

\**Cap. si. de priu. l. 6. Fu. altare. 4. Syl. l. c. 6. Cong. Card. 1586.* declarauit non esse huic facultati derogatum per Trid. *Azorius l. 10. c. 26. q. 4.*

25 Et commissa sibi à Papa etiam per verba Oneramus conscientiam tuam, alijs committere.

26 Et iudicare in causa Ecclesie sue.

27 Et absolueri ab excommunicatione reseruata Papæ occulta, dummodo non sit lata in Bulla Cœnæ Domini, aut modo simili reseruata, *Tol. l. 1. c. 41.* Et ita declarauit Sacra Congreg. & seruat consuetudo; estque de clarum

clarum, si legatur tenor ipse Bullę, qualis iam ab aliquot annis edi consuevit.

28 Et dispensare in omni inhabilitate ad beneficia, si Papa id sibi non reseruet specialiter.

29 Et absoluerē exemptos, & cum eis dispensare, si illorum Prælatus ipsos ei subijcit.

30 Et cogere sub pœna Excommunicationis exhiberi sibi testamenta defunctorum, eaque exequenda curate.

*\*C. si heredes de testam. Tol. l. 5. c. 4. nu. 23.*

*{Eaque} Vide Mol. d. 250. & Trid.*

31 Et eligere sibi Confessorem, etiam si renunciaffet Episcopatu: sed tunc debet eligere approbatum à suo Episcopo.

32 Et testari de acquisitis propria industria, & de donatis sibi, & de patrimonio.

33 Et dare Confessorem extraordinarium Monialibus, etiam sibi non subiectis, ex alia Religione, vel sæcularem. Quod si Monialis non potest induci, vt suis Regularibus confiteatur, poterit ei dare quem ipse velit Confessorem ordinarium. *Ex Congreg. Concil.*

34 Et absoluerē ab omni casu occulto, & Pape reseruato, præterquã à casibus Bullę Cœnę: qua derogantur omnia priuilegia, & facultates absoluedis, & dispensare in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus, ex occulto delicto proueniētibus excepto homicidio voluntario, & ijs quæ deducta sunt ad forum

contentiosum. *Ex Conc. Trid.* Quomodo verò intelligatur voluntarium. Vide HOMICIDIVM. Quòd si reus in foro exteriori causam per falsos testes vicit, poterit dispensare, vt quidam probabiliter aiunt; cessat enim ratio prohibitionis, potest etiam in mutilatione dispensare.

35 Occultum intellige, quod non est publicum vel notorium, etiamsi possit probari per multos testes, sufficit enim non esse diuulgatum: oportet verò non solum factum esse publicum, sed publicè sciri esse illud delictum. Cum verò est dubium facti, an quis admiserit crimen ob quod incurritur censura, poterit in ea dispensare: quia deest notorium.

\*Vide *Naui. c. 27. n. 155. Sanchez t. j. de matr. l. 1. c. 37. nu. 12. Lopez p. 2. c. 8. vbi de occulto.*

36 Potest verò prædicta cum subditis adeoq; cum ijs, qui per maiorem anni partem habitantes in Diocesi, cōtraxisse videntur domicilium, aut ceperūt habitare animo perpetuo manendi: sed de hoc vide DOMICILIVM.

37 Potest concedere non episcopo, quæ sunt iurisdictionis, non autem, quæ Ordinis, vt ordinare, consecrare. \**Syl. l. c. 9.*

38 Potest esse Legatus principis pro causa honesta. \**Tol. l. 5. c. 4. nu. 3. causa 4.*

39 Episcopus non potest Religionem ingredi sine Papæ licentia.

\**D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 4. Val. t. 3. d. 10. q. 3. p. 46.*

p. 4. c. Nisi cum pridem extra de renunt.

40 Nec dare licentiam Clerico non residen-  
di sine causa legitima.

\*Vide Tol. l. causa ultima, Val. l. c. p. 5.

41 Nec gregem deserere sua presentia in-  
digentem; potest tamē ex causa necessaria ab-  
esse, cum per sufficientiam interim prouidet.

\*Vide Tol. Val. l. c. Turrianum de resid.

{Ex causa} Causæ, ex Trid. sess. 23. c. 1. de refor.  
sunt Necessitas, Charitas, Ecclesiæ utilitas,  
Obedientia debita. Vide Tol. & Val. l. c.

42 Nec abesse sine causa iusta à diuinis in ec-  
clesia Officijs diebus festis, saltem Domini-  
cis.

43 Nec prohibere quin prædicetur in paro-  
chia, dum prædicatur in Cathedrali. Ex Con-  
greg. Concil.

Addit. 3 Papa est summus episcopus; quare si  
episcopus eligatur in Papam non consecra-  
tur. Sor. d. 24. q. 2. art. 4.

Episcopi, extra extremam subditarum ani-  
marum necessitatem tenentur in multis ca-  
sibus vitam pro grege periculis obijcere, &  
grassante peste, inuigilare, & idonei, si desint,  
sacramentorum ministros suis etiam mag-  
nis expensis exponere. Bannes 2. 2. q. 33. art. 3.  
dub. 4.

Episcopus in dirimente occulto impedi-  
mento, contracto iam matrimonio, si ex se-  
paratione oriturum sit scandalum, & nō pa-

teat aditus ad Papam, aut Nuntium, potest dispensare. *Naua. c. 22. n. 85. Graff. l. 2. c. 80. nu. 14. Syl. Dispensatio q. 9. Sanchez l. 2. c. 40. n. 3. t. 1. de matrim. excommuni, contra Sor. & alios.*

## E VCHARISTIA.

**I.** **Q**ui in Pascha communicauit, si in articulo mortis non communicet ex negligentia quadam, sine contemptu, non peccat mortaliter. *Syl. Euchar. 3. n. 3. & Caiet. Communio.*

\* *Fu. Communio nu. 4. ex Caiet. Syl. Communio 3. n. 1. Vide Tol. lib. 6. c. 18. in fine.*

2 Debere etiam morte puniendis dari communionem, affirmant quidam, alij posse ex causa negari, & excusari in Iudices consuetudine, de qua *Couar. lib. 2. variar. c. 1. nu. 11.* quod si detur, posse vna hora ante mortem dari, & non ieiunis, etiam si comedissent; est enim viaticum.

\* *Nau. miscel. 4. de oratione, Syl. Euch. 3. nu. 7. Tol. l. 2. c. 28. Sor. d. 12. q. 1. art. 2. col. 7.* improbat Hispanorum morem ad mortem damnatis non concedentium Eucharistiam: etiam heretico relapso pie petenti. *Syl. Eucharistia 3. num. 7. c. Super eo de heret. l. 6.*

{ Viaticum } & tales sunt in articulo mortis & possunt fieri ex attritis contriti. *Sor. l. c. Romæ 4. horis ante mortem Eucharistia reo datur. Nau. l. c.*

Consuetudo Hispanorum negantium reis inter-